

net. Et si uterque matutinalis extiterit, cum masculis solummodo scelus illud perpetrat. Si signa fuerint masculia, oib[us] modis circa masculos agere solicabit. Qd[em] si Venus magis occidentalis fuerit cum uilib[us] mulieribus & acillis, ac eis similibus Venereos actus exercebit. Si Mars magis occidentalis existit, nobiliores se aut maritat[em] uel suam dñam cognoscet. In foemineis autem nativitatibus Venus est obseruanda. Si Ioui natus & Mercurio, in figura associetur, erit in coeundi mitis ac munda. Et si absque Saturno fuerit associata Mercurio magnam coeundi uoluntatem habebit, & illud ualde facere desiderabit, sed tamen in maiori parte se inde refrenabit & uerebitur, turpe coitus postponet. Qd[em] si cum Marte solo fuerit, uel ei in figura associetur, Venereos actus & multum exercebit, & maximam exercendi uoluntatem habebit. At si cum eis Iupiter fuerit & Mars subradiis extiterit, rem cum seruis & miseris hominibus, uel cum extraneis sui generis habebit. sed si sub radiis Venus extiterit, cum nobilibus uel suis dñis meretricabitur. Si autem haec planetae in locis uel figuris foeminitatis fuerint, proprie in hominem coitu solicabit. At si masculini fuerint in mulierem cõcubitu ualde cõuersabitur. Qd[em] si Saturnus his qualitatibus associetur, erit horrida. Qd[em] si fuerit orientalis & masculinum in solario stuprum affectabit, uel uiros quos ex solario respexerit, adamabit. Iupiter autem semper haec impedimenta mitigabit, Mercurius uero iuuabit eorum detectiones, & iuuabit eorum turpia.

De filiis. Cap. V.

Quoniam de filiis post matrimonium subsequent tactus est planetas, qui in loco zenith capitum nostrum aut in loco sequenti, que est fortunae uel in loco qui his in figura associatur extiterit nos obseruare conuenit. Qd[em] si non hoc inuenierimus planetas quae per diametrum opponentur considerare debemus. Lunam etiam loquatur Venerem in datus filiis. Sole uero & Saturnum ac Martem in denegatis uel in eorum paucitate considerabimus. Mercurium autem cum uno eorum cum illo uidelicet quae in figura associetur, quicunque fuerit constitutus. Qui fuerit orientalis, dabit ei filios. Et si occidentalis extiterit eos auferet. At si datores planetae fuerint Soli, erit ei unus filius, quod si fuerit in signis duorum corporum foeminitatis, erunt duo. Similiter si in signis multorum filiorum, ut Pisces, Cancer, Scorpius fuerit duo uel plures nascetur. Si autem masculini fuerint in signis & in figuris quos habent respectu Solis quod nascetur, erit masculini sexus. Et si foeminum fuerit in signis & figuris, id quod nascetur, foeminitini sexus esse non dubitabitur. Qd[em] si super eos fortunae uicerint, uel in signis sterilibus fuerint, ut in Leone & Virgine, filius quod erit ei, sed infortunabitur & non uiuet. ¶ At si Sol & infortuniae predictis tribus locis darent & non respexerit fortunae, hoc significat quod non erit ei filius, & si in signis masculinis uel sterilibus existat & super eos infortuniae uincant, esset nullus filius habiturus significabut. Et si fuerint in signis foeminitatis uel multorum filiorum aut eis infortuniae testificatae fuerint, ei filius quod medie alicui patiet, uel quod breui uiuet tempore nasciabitur. Qd[em] si utraque alia in signis filios designatis partem habuerit oculis uel quod ex illius filiis ab hominibus adhorrebat. Cuius rei quantitas secundum maiorem planetarum fortitudinem super alios aliquantum alia testificatiu[m] apparebit. Si contingit quod eorum maior uis sit, secundum planetarum multitudinem, uel se-